UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

ſucceſſore *Cavalcan.d.deciſ.*44. *n.* 23. *& alij apud Ricc.d.reſ.* 108.

5 Idem dicendum, ſi ſucceſſor receperit penſionem: quia tunc videtur conſentire locationi pro eo anno, pro quo illam recepit *Surd.deciſ.*33. *&* 264. *&* 265. *Put. deciſ.*180. *par.*1 *& alij, quos refert, & ſequitur Barboſ.d.al.*94.*n.*8.

6 Obſeruant etiam DD. quod ſi Beneficiatus decedat ante impletum tempus locationis, neque eius heredes, neque fideiuſſores vllo modo tenentur de euictione, neque cōductor aduerſus eos vllam actionem habet in caſu, quo ſucceſſor nolit ſtare locationi, *Gutier.Canon.lib.*1. *cap.*36. *nu.*23. *& alij apud Barboſ.d.all.*94. *num.* 11. intelligitur enim ea locatio ſub conditione, ſi ipſe Beneficiatus vixerit, & vt effectum habeat, dum ipſe ius habuerit percipiendi fructus beneficij, *vt poſt Couar.d.Genuenſ.d.cap.*97.*num.*1. ſecus eſſet, ſi Rector ex cauſa renunciationis, vel permutationis, vel ex alia cauſa liberè dimittat ſuum beneficium: quia tunc ipſe, ſiue hæredes, & fideiuſſores tenentur de euictione, cum propter factum voluntarium conductor non poſſit in tali caſu frui re conducta intra tempus in locatione præfixum *d.l.qui fundum ff.locat.Barboſ.vbi ſupra numero* 12.

7 Quæres an quietatio à prædeceſſore in mortis articulo facta Conductori bonorum eccleſiæ præiudicet ſucceſſori? negatiuè reſpondet Ricc. *in Prax.for.eccleſ. par.*4. *reſ.*370. *Afflict.dec.*168. quia huiuſmodi quietatio habetur pro ſuſpecta ob præiudicium ſucceſſoris; & ideò etiam confeſſio debiti facta in morte non nocet hæredi, vbi non eſt iurata *l. rationes, & auth.quod obtinet C.de Probat.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum alicui ſub nomine proprio cenſetur relictum contemplatione perſonæ, relictum verò ſub nomine appellatiuo dignitatis cenſetur relictum intuitu eccleſiæ.*

2 *Quid ſi ſub vtroque nomine proprio ſcilicet, & appellatiuo relinquatur.*

3 *Ex coniecturis colligitur, quando legatum cenſeatur relictum eccleſiæ, vel rectori:*

4 *An legatum relictum Canonicis cenſeatur relictum intuitu eccleſiæ, vel perſonarum.*

5 *De qua eccleſia intelligatur legatum ſimpliciter eccleſiæ relictū:*

6 *Si eccleſia, cui relinquitur, non reperiatur in Diœceſi, legatum debetur eccleſiæ cathedrali, niſi aliter conſtet de mente diſponentis:*

7 *Si in loco ipſius teſtatoris plures ſint eccleſiæ eius nominis, quod teſtator expreſſit, legatum cenſetur relictum pauperiori.*

8 *Cui debeatur legatum relictum Capellæ exiſtenti in aliqua eccleſia.*

CAP XV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN